

*Luis* RESPONSVM IVRIS  
LVDOVICI DE CA-  
SANATE CÆSAREIAVGVSTANI IVRIS-  
CONSVLTI PRO FRANCISCO BASILIO DE CON-  
tamina in causa coram Ill<sup>mo</sup>. D.D. Alfonso Gregorio Cæ-  
sareoaugustano Archiepiscopo vertenti, superfædere matri-  
monij quod asseritur inter ipsum Basiliū, & Cathe-  
rinam Ximenez contractum, de cuius nullitate  
lata manu agitur, ad interpretationem Sa-  
crosancti Tridentini Concilij de re-  
formatione Sessione 24.

capit<sup>e</sup> I.

*del Coll. B. B. ex  
CS*



CÆSARAVGVSTÆ,

Cum licentia. Apud Lanrentium Robles, Regni Arago-  
num, & Vniuersitatis Typographum.

Anno M. D. XCIX.



# RESPONSVM IVRIS.

Domine labia mea aperies, & os meum annun-  
ciabit laudem tuam.

## SUMMARIVM.



*ATRIMONIVM sine  
proprio parocho contractum  
post Tridentinum nō valet.  
Locus cōtractus in solemnita-  
tibus attenditur.*

*Nisi in fraudem statuti ali-  
bi contracturi recesserint num. 12.*

*Etiā si recesserint ad seruādum ius commune:  
num. 16.*

*3 Cautelis uti licitum.*

*Intellige de permesso ad permissum, non de prohi-  
bito ad prohibitum. num. 22.*

# Summarium.

2

19 *Pœna maioris adiectio non est mutatio in substantia, sed adiectio nouæ qualitatis.*

20 *Regressus ad ius commune solum est considerabilis data potestate.*

*Et ubi ius commune antiquum in totum extinctum non est. num. 21.*



ECRETVM Sacrosancti Concilij Tridentini Sess. 24. de reformatione. c. 1. dum in matrimonii contrahendis exigit pro forma substantiali sacramenti presentiam parochi, & testium, semper fuit intellectum de proprio \* contrahentium parocco, ut patet ex plenâ congestis per Menoc. consil. 398. cum pluribus subscriptiōnibus illius consilij, & cū decisionibus Rotæ Florenti-

næ & Romanæ ibi relatis, & extant pulchræ decisiones Rotæ Romanæ 643. 656. 657. lib. 1. nouiss. Nauarr. consil. 52. de sponsal. Petrus Ledelma de matrim. quæst. 45. art. 5. dub. 5. versic. prima conclusio, Menoc. consil. 446. num. 14. Borgn. decis. 12. num. 21. par. 2. Salzed. in additionibus ad Bernard. Diez. c. 73. Segura de Abalos in directorio. 2. part. c. 15. num. 46. Rodriguez in summa. c. 218. conclus. 2. & 3. Henrique Henriquez. 2. p. lib. II. c. 3. in princ. Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. parte. c. 51. num. 21. aliiq. innumeris, quos sciens praetereo, cum hæc conclusio apud omnes expedita sit, nec eam aduerteri negent.

Vnde si Franciscus Basilius de Contamina, & Catharina Ximenez matrimonium contraxissent in aliquo loco, vbi decretum hoc publicatum esset, extra controversiam res esset, matrimoniumq. non valeret coram alieno parocco contractum. Sed quoniam affectatur matrimonium contractum in parochiali de laffa, vbi decre-

A 3 tum